UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Basilicae S. Mariae. Maioris De. Vrbe A. Liberio. Papa. I. Vsqve Ad. Pavlvm. V. Pont. Max Descriptio. Et. Delineatio

Angelis, Paolo de

Roma, 1621

Cap. I. De septem Collibus, super quibus Roma fuit aedificata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13873

Visual Library

BASILICAE S. MARIAE MAIORIS DE VRBE A LIBERIO PAPA VSQVE AD PAVLVM QVINTVM PONTIFICEM MAXIMVM DESCRIPTIO, AC DELINEATIO.

LIBER PRIMVS.

AVCTORE
ABBATE PAVLO
DE ANGELIS.

DE SEPTEM COLLIBVS, SVPER QVIBVS ROMA FVIT AEDIFICATA.

CAPVT PRIMVM.

SEPTEM Montes exiſtunt, in quibus primùm Romæ fundamẽta iacta fuerunt; quod omnes ferè teſtantur. Ex quo (Antiſtio Labeone teſte) Vrbs ſeptimons appellatur. Quibus in montibus emporia fiebant, vti Varro de lingua latina, & pariter Virgilius his carminibus.

Varro de lingua latina. Virg. 2. Georg.

Scilicet, & rerum facta eſt pulcherrima Roma,

A *Septem quæ vna ſibi muro circundedit arces.*

nomina ſic notantur. Mons Tarpeius, Palatinus, Auentinus, Cælius, Exquiliæ, Viminalis, & Quirinalis. De ſitu, coniunctione, atque horum montium ornamentis, ijs relinquimus, qui Romanas antiquitates ſcriptis conſignarunt, & præſertim Publio Victorio, Bartholomæo Marliano, Andreæ Fuluio: nos paucis de quinto agemus; nimirum Exquilino, quippe qui maximè ad rem noſtram faciat, vel potius præſentis ſit hiſtoriæ fundamentum.

Nomina ſeptem montium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN